



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 177. Strigonium per Hungarorum per diam a Turcis occupatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

inopino impetu eorum castra invadens Sæc. XVII.  
 ingentem cladem intulisset; sub idem A.C. 1605.  
 tempus Budensis Bassa, qui currus pe-  
 cuniis onustos Botsakaio advexerat, a  
 Comorrensibus præsidiariis vita & auro  
 spoliatus est: E contrario seditiosi Vici-  
 gradiam, Novigradiam, & Gokeram  
 oppositum Strigonio oppidum diripiunt,  
 Vacciamque turpi Christianorum fuga  
 desertam occupant, æque ac Sacma-  
 riā arcem, quam præsidiarii inedia  
 pressi dediderunt.

§. CLXXVII.

*Strigonium per Hungarorum perfi-  
 diam a Turcis occupatum.*

**H**isce secundantis fortunæ auspiciis *Nova Pan-*  
*Turcæ animosiores facti Strigonii non Paul.*  
 obsidionem, quam anno priori incas-  
 sum tentaverant, Mense Septembri re-  
 dintegrare constituunt; jamjam huic  
 molimini præludebant tumultuantes *de Ottam.*  
*di Giov.*  
 Pannonii, qui Mense Junio eadem ex *Sagredo.*  
 urbe erumpebant, ac molendina Turcis  
 denuo eripere simulantes unacum ipsis  
 Budam auffugere. Tandem supremus  
 Vesirius cum præcipuis Purpuratis Stri-  
 gonium versus validissimum deducit  
 exercitum, positisque castris, erectis-  
 que aggeribus urbem cingit, nihilomi-  
 nus subsidium a Cæsareis in tempore

Uu 4

sub-

Sæc. XVII. submissum, elusis Turcarum conatibus  
A. C. 1605. feliciter in urbem excipitur. Die vi-  
gesima tertia ejusdem Mensis Turcae  
monte, cui a Sancto Thoma nomi-  
nostros dejiciunt, cæsis omnino om-  
gentis, quos inter etiam Oettinge  
mes recensebatur, cui Tampierus Co-  
mes subrogatus est. Altera die cum  
culis res acta, directisque triginta cir-  
citer tormentis, Flumentana arx ver-  
beratur: remota tamen adhuc fuisse  
victoriæ spes, nisi sub idem tempus  
Turcæ de misero urbis statu per trans-  
fugam fuissent moniti: inde enim con-  
cepta expugnationis proximæ fiducia  
animos redintegrant, noctisque oppor-  
tunitate usi vallum occupant, prædi-  
riis adhuc profundo somno sopitis: pol-  
ea in cetera valla impetu facto propon-  
urbem infestant, alternante tamen for-  
tuna, nunc inde repulsi, mox aucta vi-  
ribus audacia victores effecti. Postquam  
vero Hungari, qui e Vicigradiensi pre-  
sidio Strigonium pervenerant, turpi  
pariter defectione ad Turcas secesserant,  
dumque ceteri oppidum ab Hali-Balla  
omni ex parte cingi viderant, desperare  
de rebus suis cœpere, moxque milites, &  
mulieres unacum suis prolibus Tampi-  
rum adierunt, additis etiam minis de-  
ditionem fieri postulantes. Negat id  
initio Comes, eosque ut juramenti sui  
memo-

memores constanter secum urbem de- Sæc. XVII.  
 fenderent, hortatur, cum vero rem ad A.C. 1605.  
 communem seditionem spectare, ac mi-  
 lites jamjam arma projicere cerneret,  
 tandem urbem dedere compulsus est;  
 unde die tertia Octobris mille ferme  
 numero egressi sunt, qui tradita arce,  
 quam Christiani ultra decem annos pos-  
 federant, ab ipso Hali - Bassa Comor-  
 ram deducebantur, septuaginta ferme  
 tormentis in urbe relictis præter du-  
 centos Germanos milites, qui commo-  
 tæ seditionis rei aut Christianorum sup-  
 plicia veriti, aut Turcarum præmia  
 sperantes unacum suis Tribunis Barba-  
 rorum stipendia merere cæperant:  
 Propudio so igitur hoc fato celebris hæc  
 urbs per septuaginta octo annos Tur-  
 carum jugo subdita permanerat, us-  
 que dum anno Christi millesimo sex-  
 centesimo octogesimo tertio die vigesi-  
 ma septima Octobris eam Leopoldus  
 Cæsar vicitribus armis recuperaverat.

### §. CLXXVIII.

*Inter Cæsarem & Botskaium, Tur-  
 casque pax agitata.*

Paulopost Hali Bassa Budæ non sine *Thuan. l.c.*  
 veneni suspicione periit, cui Sén-  
 dar Bassa suffictus propensum in san-  
 ciendam pacem animum præferebat:

Uu 5. idem